

## Folium

### Incipit liber quar-

tus. De septem capitibus draconis qua-  
lis in singulis eorum facies secundum scrip-  
turas agnoscenda s. r.

#### Capitulum primum.

### Et primo

capite draconis qui ante  
mulierem parituram ste-  
tit ut cum peperisset de-  
uoraret filium eius

**A**poca. xij. id est de primo regno quod  
contra verbum dei et promissa persecutio-  
nem excitauit ut non proficeretur propo-  
situm eius: Jam dictum est qualiter triu-  
phauerit verbum dei: verbum deus. Nunc iam  
de secundi capitibus excidio narraturi oportu-  
num esse arbitramur: ut quomodo sep-  
tem capita sunt: et diuersas habent facies  
singulas: singulorum capitum facies cla-  
ra contemplatione discernamus. Ecce ex  
scripturarum iudicio patenter animadu-  
tere licet: quia primum caput simile erat  
draconi: secundum simile erat vitulo: ter-  
cium simile leoni: quartum simile vifo: qui-  
tum simile pardo: sextum ceteris dissimi-  
le bestiis: septimum simile homini. Dra-  
conem namque qui est in mari assumptus es-  
t aut dominus per Ezechielem capi. xxxij.  
super pharaonem regem egipti. Non ne-  
cesse est hoc longis probare documentis  
cum vbiq; in omni ecclesia notum sit. Et  
celeberrimum quod pharaon ille carneus po-  
pulum dei seruauit subditens et per mare  
transcuntem persequens: atque submersus  
in mari cum curribus et equis suis: ni-  
pus diaboli fuerit cui post seruitutes pec-  
cati a populo confugiente ad christum ab-  
renunciatur: cum omnibus pompis suis.  
Ad hoc primum illud caput recte est: si-  
mile draconis. De ceteris capitibus siue  
faciebus ratio nihilominus in promptu est.  
Secundi namque capituli facie: i. israhelitici  
regni qualitatem idecirco similem vitulo  
animaduertemus: quia statim post exitum  
de egipto caput vituli formauit idem po-  
pulus: et adorauit illud. Et tunc quidem  
caput illud ad tempus repressum fuit sed

## xxix

vbi ipis oportunitas accessit: desistim ca-  
dem faciem dupliciter. i. duos vitulos refoz  
mauit: regnum illud scissum a domo da-  
uid: et colendo atque defendendo illos pre-  
cones verbi dei prophetas interfecit. Eci-  
dem de tertijs: quarti: quinti: atque sexti capitis fa-  
cies daniel exprimit. Prima inquit qua  
si leena: quod videlicet regnum babiloni sim-  
ilitudinem leene duobus malis habuit  
dauit simplicitate videlicet luxuria. Alia bestia  
scilicet regnum medorum atque persarum similis  
ait vifo scilicet propter crudelitatem Aman  
agagite hostis iudeorum. Bestia tertia vel  
regnum macedonum quasi pardus inquit ni-  
mirum propter varietates grecorum et scienciam ale-  
xandri magni et antiochi iniudeos impie  
defecit. Bestia quarta videlicet regnum  
romanorum non de cui similitudo fuerit: quod reg-  
num illud magnitudine et fortitudine cu-  
ctis dissimile extitit. et pro fidei vbi icar-  
nati plus omnibus et terribilius infrenauit.  
Post illa duo superiora: et ista quatuor  
capita siue regna septimum futurum est  
caput cuius facies similis homini: scilicet re-  
gnum antichristi qui homo peccati: et fili-  
us erit perditionis.

**Q**uid facies secundi capituli facies vi-  
tuli fuerit quem fecit aaron: et quomodo  
tunc mulier in vtero habens clamauit

#### Capitulum. ij.

### Aterea dux i mo-

te cum moise dominus vel cum domino  
moises loqueret serpenti antiquus primo  
capite exarmatus iam aliud caput erige-  
re properabat pro deum et verbum eius.

**E**xo. xxxij. Quidens namque populus  
quod moram faceret descendendi de monte  
moises formauit et fecit vitulum phatile.  
Et hi sunt inquit dii tui israhel. Item di-  
xerunt: alter ad alter. Constituamus no-  
bis ducem et reuertamur in egiptum.

**N**umc. xiiij. Quis nisi diabolus serpens  
antiquus hoc machinatus est illud inten-  
dens ut offensus deus populi reatu: verbi  
quod sui ac promissionis oblitus a proposito  
suo auerteret. S; clamauit mulier illa in  
vtero habens videlicet moise cuius anima  
eiusdem mulieris scilicet ecclesie ps erat

## **Liber**

clamante et orante dominum deum suum ac dicente **Exo. xxxij. Cur domine ira scitur furor tuus contra populum tuum recordare abraham et ysaac et israhel seruum tuorum quibus iurasti per te in tempore sum. Pec et cetera** dicens nimirum vehementer cupiebat iustificari deum in finibus suis et vincere victoria veritatis: et per virtutem huiusmodi intentionis domini dicentis **Exo. vbi s. Dimitte me** ut irascatur furor meus fortis homo tene te potuit: quia reuera fortis et apud deum et apud homines quicumque verbi dei fidus adiutor est: id est qui optat sicut dauid ut deus in sermonibus suis iustificetur et vincat cum iudicatur. Itaque sicut iam supra dictum est facies secundi capitis similis vitulo extitit: sed tunc gladium caput illud habere non potuit: quia non sibi ducem constituerunt ymo statim ducem suum vindicemque contra vitulum suum deum suum experti sunt quod fortem haberet iusticie zelum: cum esset mitissimus omnium hominum. Ille namque iratus valde proiectis de manu tabulis atque confractis vituloque combusto et contrito usque ad pulverem **Exo. vbi s. Si quis est domini ait iungatur mihi. Congregatisque ad eum omnibus filiis leui. Donat inquit vir gladium super femur suum et occidat unusquisque fratrem et amicum et proximum suum**

**Quomodo tandem caput illud draconis exsurrexerit sublatum ad tempus: quod moyses vitulum contriuit et quomodo tunc datum fuit usque ad Jeroboam qui duos vitulos fecit** **Capitulum. iij.**

**Et tunc quid** em ex oculis sublatum est caput illud draconis scilicet vitulus: sed ex animo populi nunquam penitus fuit amotus eiusmodi deus semper erat illis in appetitu: sed sub seueris iudicibus usque ad tempus roboam filij Salomonis filij dauid. Illo succedere patri: scisse sunt decem tribus a domo dauid et fecerunt sibi regem Jeroboam qui excogitato consilio fecit duos vitulos aureos: posuitque unum

## **Quartus**

in betel et alterum in dan. Dixitque idipsum quod filij israhel formato ut iam dictum est vitulo in deserto dixerant **Exo. xxxij. Ecce dii tui israhel qui deduxerunt te de terra egypti. Tunc toto conamine erexit se contra mulierem secundum caput draconis habens ut iam dictum est faciem vituli. Cepit enim uti gladijs et interficere et persequi maxime prophetas verbi domini. Eatenus ex quo pharaon interijt et nullus regum gladios habuit ad causam hanc: ut prohibere posset deo vero sacrificari: et annunciari verbum domini: quicquid interitum egit auertendo populum a cultu dei non tanquam draco bellator: sed tanquam serpens deceptor egit per eundem sexum populum decipiens: per quem et primum deceperat hominem sine vi **Judi. iij. Duxerunt enim uxores filias eorum ipsique filias suas eorum filijs tradiderunt et seruebant dijs eorum. Hinc iratus dominus iradebat eos in manus hostium a quibus afflicti clamabant ad dominum** **Judi. ij. Dominus quoque flectebat misericordia et audivat afflictorum gemitus et suscitabat eis iudices et liberabit eos de cede vastationum. Postquam autem mortuus esset iudex reuertebant: et multo maiora faciebant sequentes deos alienos et seruientes eis et adorantes illos. Unde serpens et inermis extitit nec tanquam draco bellare potuit quia iudicem aut principem neminem ex omnibus possedit cuius vi posset uti ad deterrendum illos a cultu domini quinimo sepe omnes iudices strenue gesserunt suis quique temporibus astringendo populum ad custodiam legis domini.****

**De iudicibus per quos dominus et populum ab ydolatria repressit et ab hostibus defendit vincente per eos verbo dei**

**Capitulum. iij.**  
**Et deinde omnis** victoria iudicum profecto victoria verbi dei est: quod videlicet non in multitudine exercitus: sed in verbo domini vicerunt liberantes israhel ab oppressione hostium de Ethomel qui primus illorum videlicet. xij. iudicum extitit

ita scriptus est **Judi. iij.** **S**uitos in eo spiritus domini et iudicavit israhel. Egrediusus est ad pugnam et tradidit dominus in manus eius **Ebusanrathasayn** regem syrie et oppressit eum. **P**ost illum **scous** **Both** qui liberavit israhel de manu moab dum pcuteret regem **eglon**. **V**erbū inquit domini habeo ad te. **S**tatimque dēum eius quod secum hēret vbum domini verum esse res ipsa pbavit: quod videlicet victus et hūiliatus est moab die illo sub manu aoth: et terra quieuit. **P**ost illum **sangar** defendit israhel. **Ju. codes. ca.** **P**rocul du bio non virtute huana sed viute eiusdem vbi cuius rei testimonium illud est insigne quod percussit de philistym sexcentos viros vomere. **D**einde **barath** dum pgit ad pugnam **ysaram** principem exercitus **tabun** **fgis chanaā** dixit ad eū pphetes **deborra**. **Ju. iij.** **I**n hac vice tibi victoria non reputabitur: quod in manu mulieris tradet **ysara**. quod et factum est. **N**az iabel vxor **abercinei** percussit eum in capite querens vulneri locū et tympano valide pforans. **D**e **Sedeon** quis nesciat quod victoria quod madian et **amalech** ceterosque orientaliū nationum vicit victoria fuerit verbi dei. **C**um trecentis viris ad pugnam iuit tenentibus in sinistris manibus lampades et dextris sonantes tubas: illisque clamantibus gladius domini gladius **gedeonis** stantibus singulis in loco suo: immisit dominus gladius in oibus castris et mutua se cedere trūcabant. **Judi. vij.** **N**amque eiusmodi bellū et victoria non hois sed dei ē. **D**e **iepte** nō sic eluces quod pugnaverit in eo vbum domini absque roborē militari: excepto quod de illo scriptum est. **Judi. xij.** **F**actus ē ergo sup **iepte** spūs domini: et circuitus **galaad** et **manasse** volūz voluit domino transiit quod ad filios **amō** tradiditque dominus eos in manus eius. **D**e **sampson** nulla ē dubitatio quin fortitudo eius vbum ipsius fuerit cuius venturi in hunc mundum per incarnationis misterio misteria clarissima preclaris gestis prefiguravit. **Judi. xv.** **D**e eo quod dominus et israhelē in manus hostium tradebat: et non nisi clamantem ad se liberabat: et quod clamores illius

gentis clamores fuerint mulieris in vtero habentis. **Capitulum. v.**  
**I**udices isti non in silentio sed clamore pceunte suscitati sūt a domino vt liberarent filios israhel de vastantium maibus. **Q**uid horū magis venerandum est: quod amplius potentiam vel sapientiā cōmendat verbi dei ad victoriam tendētis. **I**llud ne quod tradidit eos in manus hostium vt clamaret an quod clamantibus iudices suscitavit qui eos liberarent. **N**amque in vtroque omnipotens sermo tuus domine tanquam durus bellator decertabat vt: non vacuus reuertere ad te quod salutem generis humani in ipso ppositu cras et hoc **abrabe** pmiseras. **M**axime autē in hoc dirigebat salutis eiusdem cursum quod tradebat israhel in manus hostium. **A**lexatio namque auditui dabat intellectus vt sepe dicta mulier aduersitatibus commota recogitaret: et memor fieret qualem in vtero hēret pceptum et quod necessarium sibi esset vt pceptus ille pueniret ad pugnam. **Q**uid enim clamasse arbitramur iuuenulaz illius ipis vel etatis ecclesiaz quoties illud legimus vel audimus. **Judi. iij.** **C**lamauerūt filij israhel ad dominū qui suscitavit eis saluatorem et liberavit eos. **P**rofecto non vane illud nonnullos clamasse et clamādo postulasse intelligimus vt iaz veniret iste saluator qui **abrabe** fuerat pmissus: et per **moysen** designatus: quod li signo foret cognoscendus. **Scuto. xvij.** **P**ropobetas inquit de gente tua et de fratribus tuis sic me suscitabit tibi dominus deus tuus et cetera. **N**unquid enim quod solus **moyses** illū inclamasse manifeste legimus nullus vel eodē vel sequenti tpe eundem inclamasse putabit. **M**oyses vtiq; cū in egiptum ad pharaonē mitteret potius illum iam mitti cupiens qui plenā salutē pferret. **Exo. iij.** **P**rosecro inquit domine mitte quē missurus es. **I**te postquam vultum fecerant cū per eodē populo deprecarent in cetera dicebat. **Exo. xxxij.** **P**recipis mibi vt educa populū istū: et non dicas mibi quē missurus es mecum presertim cū dixeris. **N**ouit te ex nomine et in-

## Liber

uenisti gratiam coram me. Unde animaduertendum quod eodem in loco recte dicitur idem moyses festinus hoc modo festinusque moyses curuatus est pronus in terram et adorans ait **Exo. xxxiii.** Si inueni gratiam in conspectu tuo domine: obsecro ut gradiaris nobiscum etc. Multum namque festinabat quod cum dixisset iacob **Ge. xlix.** Non auferet sceptrum de iuda: et dux de femore eius donec veniat qui mittendus est. Jam illum venire cupiebat qui mittendus erat pax attendere volens quod de iuda non solum duces aut iudices: verum etiam reges existere oporteret priusquam ille veniret.

Quam ob causam iudices illi quos suscitauit eis dominus saluatores appellati sunt vel appellari debuerunt **La. vi.**

## Quod de illo

videlicet moysi manifeste scriptum est de alijs quoque nonnullis sine dubio sciendum est. Neque enim vltimo ipse sic defecit fides in israel ut non esset aliquis qui eiusdem venturi spem haberet promissionemque expectaret. Proinde recte dixerim hoc ipsum quod tradidit dominus filios israel in manus hostium. **Be. ppo.** sicut fuisse ubi ad victoriam opusque profectus tendentis: ut videlicet mulier in viro habens magis ac magis clamaret et cruciaretur ut pareret. Hoc perpenitiam aio pulchrum valde ac venerabile apparet quod eosdem sic datos iudices sacra scriptura nuncupat saluatores. Exempli gratia **Judi. iij.** Clamauerunt ad dominum cum tribularent et suscitauit eis saluatores othomel. Atque et postea clamauerunt ad dominum qui suscitauit eis saluatore vocabulo aoth. Nam quod clamabant ad deum ut saluator qui mittendus erat iam veniret. Verbi gratia: ut diceret quisque illorum illud moysi **Exo. iij.** Obsecro domine mitte quem misurus es. Et tempus aduentus eius non dum erat. Illi qui interim mittebantur: ut liberarent populum temporaliter: recte sic dici merebantur. quia erant vniuersi et veri saluatoris vicarij. Saluatio per illos duplici modo videlicet iudicando et preliando administrabatur. Iudicando quippe populum ab idolorum serui-

## Quartus

tute cobibebant. Preliando ipsi in fronte gradientes de hostibus quibus seruerant fortiter vindicabant. Erant ergo in disciplina iudices: in prelio duces: in utroque saluatores sacramenta victoriarumque saluatoris eterni gestis preclaris et victorij mysticis prefigurantes. Sic enim speculari opposito soli similem reddit imaginem: ita et saluatorum et iudicum illorum lucida fides saluatori et iudici eterno cuius erant vicarij similem preulerunt in gestis suis pulchritudinem

De eisdem iudicibus quod xij. numero fuerint et de alijs. xij. iudicibus scilicet apostolis: et quid sit illa sedes cuius in circuitu sedent. xxiii. seniores. **La. vii.**

**S**unt autem iudices hij numero. xij. primus othomel filius cenem fratris caleph: secundus aoth: tercius samgar: quartus barach: quintus gedeo: sextus chola: septimus iair: octauus iecte: nonus abesan: decimus abialon: undecimus abdon: duodecimus sampson. Post istos sequitur regnum dauid quem amoto saul samuel puulum in regem vixit iussu et electione domini: quod videlicet regnum dauid regnum est verbi incarnati christi filij dei: quod sic angelis quoque de illo ad mariam dixit **Lu. i.** Et dabit illi dominus deus sedem dauid patris eius et regnabit in domo iacob in eternum et regni eius non erit finis. Si ergo iam dictis. xij. iudicibus totidem iudices alios scilicet apostolos conumeres quibus ait ipse rex **Mat. xix.** Sedebitis et vos super sedes. xij. iudicantes xij. tribus israel. Ecce habes. xxiii. iudices quos nimirum intelligi licet illos esse. xxiii. seniores. De quibus in apocalypsa scriptum est **Apoca. iij.** Et in circuitu sedis sedentes circuiamici vestimentis albis et in capitibus eorum corone auree. Nam per sedes illam quid splendidius intelligi potest quam illud iam dictum regnum dauid regnum christi filij dei: cui dedit dominus deus sedem dauid patris sui. Itaque in circuitu sedis sedilia xxiii. et super thronos. xxiii. seniores. **22**

videlicet et ante exordium regni dauid fuerunt illi. xij. iudices et in psumatōe eiusdem regni vbi sedet rex christus sup sedē patris sui. sunt illi alij. xij. iudices sessuri in eternum sup. xij. sedes et iudicaturi. xij. tribus israhel. Et recte seniores non solum isti: vey etiā illi dicti sunt. qz p maturitatē fidei sue populū dei iuueniliter lasciuētē cohercuerunt: et qz fornicandōes eiusdem populū quibus cū mulieribus alieni genis: et cum dijs eaz fornicabat israhel pro vt potuerunt iudiciali manu absterse runt: recte vestimentis albis circumamicti dicunt. Nihilominus qz p illos actus est vt ad ppositum suū dei vbum pcur rerz et pmissio non deperiret: seruaretqz genus abrahe. De quo semen benedictōnis quod est christus in tpe suo veniret recte in capitibus eoz corone auree. Iure nanqz cum victore vbo dei coronati sunt quoz prelijs et victorijs ab hoc vt dignatus est deus: vt seruato genere abrahe cōpleret pmissionis verbum.

**Qua** ratione priores iudices vsu gladij iustificatur: qui posterioribus id e apostolis interdicit **Capitulum. viij.**

**Iudicibus sine**

**I**senioribus posteris scz apostolis non eadē que prioribus illis ratio vel causa extitit vt p verbo vel testamento dei preliantes materialibus viretur armis. Venerat enī tpius illoz ipse qui mittendus erat: nec alius iam sperari poterat de carne abrahe venturus in quo esset salus vt quid ergo p carne pgen da gladio materiali pugnaret. Idcirco ille qui ex illa carne expectatus venerat cū in passione sua diceret illis **Lu. xxij.**

Et ego dispono vobis sic disposuit mihi pater meus regnum vt edatis et bibatis sup mensam meam in regno meo vt sedeatis sup thronos. xij. iudicantes. xij. tribus israhel etc. Illiqz ad hec responderent **Lu. ce** ibide **S**omne ecce gladij duo hic: stant huiusmodi gladios eis interdixit. **A**it eniz **S**atis est. Itaqz continuo cum percuteret vnus ex illis in gladio. **S**imite inquit vsqz buc. **E**t ad petz qui pculerat **Mat.**

**xxvj** **C**onuertere ait gladium tuū in locum suum. Nempe qz ait factus est: vel finit vsqz buc: hoc dat intelligi qz sibi com placuerit ante aduentum suum vsqz illuc vsus gladij: quomodo vsi sunt eo. xij. illi: quibus nunc sermo est iudices primi. **I**ta aut sibi non placeret vt vterent illo: ymo recorderent et penitus deponerent cū iudices illi nouissimi pnti meliori gladio qui iam venerat: qui iam datus erat qd est ipsum vbum dei. **P**roinde sic laudabiliter materialem gladiū illi dimiserunt oio: qz itaqz non erat necessarius. **I**ta nimirum isti laudabiliter vsi sunt: qz tūc erat necessarius: ne videlicet prius radix bona deperiret qz veniret fructus eius. Recte itaqz sic in oim senioz illoz capitibus corone auree: qz pfecto iuxta diuersas rationes tpm: et illoz militaris industria et illoz vbo dei famulata est inermis patientia

**De illoz iudicum labore siue laborioso certamine** **Capitulum. ix.**

**Et cum talis**

**E**in preliando eoz vt dictum est fuerit intentio psideandū quoqz est: qz in illa intentione bona magno et lacrimabili fuerint fatigati piculo. **C**um enī p singula fere prelia sicut scriptura testat fuerint paucissimi numero: non poterat deesse aliq timoris infirmitas: cū ipso quis firmissimo fidei vel spei presidio. **V**n de vnus eoz barach filius abinoem cauit cum debbora **Judi. x.** **Q**ui spore obtulistis de israhel aras vras ad piculum. **b**enedicite domino. **E**t rursus. **Q**ui propria voluntate obtulistis vos discrimini: **b**enedicite domino. **N**on enī fuerunt aut sunt exptes patientie vel passiois in ipso vsu gladij p qua coronati sunt iudices illi: quibus vt iam dictum est p ratioe ipis vsu gladij verbuz incarnatum christus ademit. **P**laacet itaqz et multum delectet qz sic coronas aureas. **I**ta tam isti qz illi scilicet omnes. x. xiiij. seniores in eadē apocalipsi cytharas quoqz et pbyalas dicunt habere aureas **Apoc. v.** **C**um enī apuisset agnus libz quatuor aialia et. x. xiiij. seniores ceciderunt coram agno habentes

## Liber

singuli cytharas et pnyalas aureas pleas adorationum que sunt orationes sanctorum. Nonne sicut ex iam dicto cantico memoratum est cum offerrent animas suas ad piculum: cum offerrent semetipsos propria voluntate discrimini orationes quoque offerrebant necessarias angustiarum et afflicti. Proinde sicut victorie in coronis aureis et sicut benedictiones quibus domo benedicunt post victorias in cytharis. ita et orationes quibus in tempore angustie deus exorabant venerabiliter agnoscantur in pnyalis aureis. Tanta quippe illorum angustia fuit ut pugnantes eis non ferre auxilium magni fuerit sceleris testante eodem cantico verbis huiusmodi. **Qu.**

**Maledicite terre merob dixit angelus domini maledicite habitatoribus eius: quia non venerunt ad auxilium domini in adiutorium fortissimorum eius.**

**Cur helij ad ordines vel numerum iudicum non perueniat cum et ipse iudicauerit israhel annis quadraginta:**

**Capitulum x.**

**H**orte dicit quis helij sacerdos domini ipse quoque israhel iudicauit sic scriptum est. **I. Ro. iij. Senex enim erat vir et grandeuus: et ipse iudicauit israhel: quadraginta annis. Cum ergo cum ceteris iudicibus ille non annumerat. An idcirco de numero tollitur ut pulcrum collationem tibi facere liceat et tot numerare iudices ante regnum dauid quot habere iudices alios scilicet apostolos regnante iam christo filio dauid. Ad hec inquit. Ad idcirco ut tantum xij. iudices numeremus iam dictum helij de numero tollimus: sed idcirco quia ille de numero tollit. Idcirco tantum xij. iudices habemus quorum gestis liber ipse contextus est qui iudicium nuncupatur quorum et nomina superius digessimus. Quomodo ille vel quam ob causam de numero tollitur. Nimirum propter contemptum verbi domini: quia in diebus eius calce abicere legem domini nimia fecere omnibus licentia fuit. Notandum quippe quod mortuo samphon qui iudicauit israhel.**

## Quartus

bel. xx. annis dignum non existimauit scripture sacre auctoritas: ut diceret post hunc fuit vel huic successit helij: licet iudicauit israhel ut iam dictum est. xl. annis: sed in infelices diez illorum historias ista querela frequens est. **Iudi. xxj. In diebus illis non erat rex in israhel: sed unus quisque quod sibi rectum videbatur hoc faciebat. quid nisi fecordiam sacerdotis accusat et iudicis eiusmodi hoc dicendo. Idem namque et ac si dicat. Qui in diebus istis iudicabat israhel et si secundum nomen personarumque aliquis erat secundum rem meriti quoque nullus erat. Tandem missum est contra illum verbum domini cum quo vel per quod iudices vel seniores omnes iam veteres qui noui meruerunt sedere coronati. **I. Re. iij. Predixi enim ait dominus quod iudicaturus essem domum eius in eternum propter iniquitatem eo quod nouerit indigne agere filios suos: et non corripuit eos. Idcirco iuravi domini helij quod non expietur iniquitas domus eius victimis et muneribus usque in eternum. Post hec dicta eius finis probat quantum a cunctis iudicibus hinc senioribus coronatis ut iam dictum est: et super sedilia sedentibus meritis eius differat vir ille qui ex acie fugerat nunciabat ei dicens. **I. Re. iij. Surgit israhel contra philistin et ruina magna facta est in populo. Insuper et duo filij sui osim et pnyces occisi sunt: et archa dei capta est. Quis ille noiafferet archas dei cecidit helij de sella retrosum iuxta hostium et fractis ceruicibus mortuus est. Nimirum cadendo de sella retrosum et fractis ceruicibus moriendo palam fecit quod neque sedile: neque coronam auream mereret hinc inter iudices alios. Proinde profestum adoleo scriptura subiungit. **I. Re. iij. Senex enim erat vir et grandeuus et ipse iudicauit israhel. xl. annis. Volendum quippe est illi quod cum tot annis iudicauerit israhel nihil usque memorabile vel iudicis officio dignum gessit.********

**Et in eorumque iudicium gestis misteria christi signata sunt: et de eo quod christus verbum dei vocat apud isaiam vero accellera: spolia: detrahete: festina: depdari.**

**Capitulum xi.**

## Folium

### De vel quan-

**Q**ta in gestis eorumdem iudicium signata sint misteria iudicis et ni verbi dei ihesu christi pquirere presentis non est propositum. **U**cruntamen hoc in laudem eiusdem verbi dei eiusdem ihesu christi breuiter dictum sit. qz recte vocatum est nomen eius apud isaiam **Ysa. viii.** **A**ccellera spolia detrahere festina depredari: qz videlicet qui victoriosos iudices illos fecit et per illos vicit. **I**pse est christus ihesus verbus dei. **E**x hoc namqz vocat accellera spolia detrahere festina predari qz anteqz puer fieret et sciret vocare patrem suum et matrem suam id est anteqz nasceret de muliere et subditus parentibus experiretur: infirmitatem nostram abstulit: fortitudines damasci et spolia samarie que videlicet damascus et samaria **T**unc iunctis viribus Judam vnde nasciturus erat idem puer debellabant et exterminare volebat. **P**lane grauis acceleratio. magna festinatio queptia prius spolia detrahere quas de matre natum esse prius in bello predari qm in utero concipi. **N**am quid autem ipsum solum prius fecit: niquid solius samarie spolia: solius damasci fortitudinem prius abstulit: imo et antequam ipse in iudice sampson et predatus est: et spolia detrahit ut ille in mandibula asini in maxilla pulli asinarii mille viros deleret tandemqz plures moriens interficeret qm antea viuus occiderat. **S**imiliter et in ceteris ipse spolia detrahit ipse predatus est et israel defendit non duz puer aut homo factus: sed ab eo deus verbum dei.

**H**uius vocabuli causa verbo dei recte quidem ex illis iudicibus amplius ante ex victorijs regis dauid animaduertenda sit. **C**apitulum. xij.

**Q**uod si recte primo quia recte sentitur de iudicibus memoratis quantomagis idem de victorijs sentiendum est regis dauid qui post illos sedit in solio regni. **Q**uis enim alius victorias illas fecit.

## xxxij

per manus dauid: nisi idem non dum ex ipso natus filius dauid cuius nomen vocatur ut iam dictum est **Ysa. viij.** **A**ccellera: spolia: detrahere: festina: predari. **I**pse est filius dauid: filius dei verbi: deus verbum dei qui multum accellerauit multum festinauit: celerissime spolia detrahit: festinanter predatus est: qz videlicet anteqz sciret vocare patrem suum dauid: et matrem suam vginem extirpe dauid: percussit goliath philisteam in manu eiusdez dauid adhuc pueri: nec dumqz filium vultum habentis et cetera fecit per eum que vsqz hodie miramur in tribus fortissimis dauid scz sapientia: humilitate: atqz fortitudine eius: in quibus ceteroz nullus ei coequari potuit. **Uj. Re. xxij.** **D**avid enim sedens in cathedra sapientissimus. **H**oc est preconium sapientie eius. **I**pse est quasi tenerrimus ligni vermiculus. **H**oc est testimonium humilitatis eius. **Q**ui octingetos interfecit impetu vno. **H**oc est expimentum fortitudinis eius. **Q**uis inqz alius i dauid et p eiusmodi fortissimos dauid opatus est nisi verbum deus filius carnis eius futurus ita presentis ipsi dauid ut iam in persona eius ipse dauid loqueret: ipse in eode dauid proprijs vocibus suis de semetipso futura qm iam preterita variaret. **E**xempli gratia **Psal. ij.** **E**go autem constitutus sum rex ab eo sup syon montem sanctum eius predicans preceptum eius. **D**ominus dixit ad me filius meus es tu. **3re Psal. xxj.** **R**oderunt manus meas et pedes meos. **N**on opus est astruere qz omnibus notum est voces istas esse proprias eius qz cum in forma dei esset humiliare semetipsum habebat. **Psal. ij.** **U**t ut crucifigeret: quod est: fodi manus eius et pedes eius. **N**on ergo mirum qz pugnabat iam et triumphabat verbum ipsum p manum dauid cu loqueretur in sua persona per os dauid.

**Q**uomodo cum victorie bellice eiusde dauid plene sint misterijs: dicitur tamen ad eum: non edificabis domum nomini meo eo qz sis vir bellator et sanguinez fueris.

**C**apitulum. xij.

## Liber

### Ed ecce hic

**D** illud occurrit qd sic refert scriptura libri paralippomeno dicit ipse dauid ad salomonem filium suum. **Parali. xxij.** **V**ili mi: voluntatis mee fuerat vt edificare domum noi domini dei mei: s; factus e ad me fino domini dices **M**ultu sanguiez effudisti: z plura bella bellasti non poteris edificare domum noi meo tanto effuso sanguie coram me. **A**tez ad populu. **1. para. xxxviii.** **A**udite ait me fies mei z populus meus. **C**ogitavi vt edificares domum in q requiesceret archa federis domini z scabellu pedu dei nri ad edificandum oia preparari. deus aut dixit mihi. **N**on edificabis domuz noi meo: eo q sis vir bellator z sanguie suderis. **D**icit ergo aliquis. si prelia que gessit dauid merita vel dignitates eius diminuerunt vt non mereret edificare domum noi domini: quio tu dicis eadem prelia dauid prelia fuisse vbi domini: z idcirco recte celebrari laudibus ecclesiasticis. **V**el si iure prelia siue victorias eius celebrat ecclesia: vt vere bella domini cur ppter illa no poteris ait dominus domum noi meo edificare: tanto effuso sanguie coram me. **A**d hec inq non oia que gessit dauid ascribimus vbo domini: s; ea tantum que gessit in verbo domini: zelo doi p defensione populi domini quoz primu vel maximu fuit q percussit philisteus qui blasphemavit deum israhel z abstulit obpbrium ab israhel. **C**eterz ea que gessit: vt vir bellator exercitio militari non a do predicant nisi vbi manifeste opata e virtus nois domini. **D**axie aut sanguinez vrie etbei in peccatu z magni meriti dumi nutoz sibi reputare potuit. **U**nde notandum q ateq sanguiez illius effudisset factum quidez e q scriptura refert venisse natba ad dauid doio dicete. no tu edificabis mihi domum ad habitandu. s; causa ista ibi dicta non est: eo q vir bellator sis z sanguiez effuderis quido ipse ad solomonem filiu suu siue ad populu: sic z sic locutus est vt iam diximus. **A**z dudum sanguinez vrie suderat: z maxime cu illius meritu

## Quartus

eiusmodi sibi met diminutu existimare poterat. **I**git si nullus infecerit nisi p zelo domini cooperante vbo domini hoc indubitanti sciendum qd nihil sibi obfuisse effusio sanguinis ad edificandu domu doi. **M**a z moyses egiptiu infecerit: z nihilominus tabernaculu domini in beremo z omnez rituz sanctuarij facere vel ordinare dignus extitit. **Exo. ij.** **E**t phinees zelo bono vix israhelice cu moabitide fornicatorem pif osodit z ppter hoc. **E**cce inquit dominus do ei pacem federis mei z crit tam ipsi q seminis illius pactum sacerdoti sempiternum. **Num. xxv.** **D** in profectione saul z electione dauid impletum sit dominus pauperem facit: z dicit: humiliat z sublimat: z quomodo saul verbum domini contempsit.

**Capitulum. xiiij.**

**I**n isto primu magis implete est verbi domini veritas quam paulo ante ipsum ore prophetico gna cecinerat. **1. Re. ij.** **D**ivus paup facit z dicit z humiliat z sublimat suscitans de pulvere egenum z de stercore eriges pauperem vt sedeat cum principibus z solium glorie teneat. **T**unc eniz cu dives z sublimis esset saul. **D**ic aut paup z humilius tanta pmutatio facta e vt hic paup z humilis dives fieret: z hic sublimis suscitatus de pulvere z tenens solium glorie. **S**aul autem ita paup z humiliatus e vt maligno spiritui traditus suimet impos existeret. hec talia sunt qia considerans quisq recte dicat. **Psal. c.** **D**ias z iudicium carabo tibi doie. **M**agna quippe in dauid mia magnum in saul iudicium: magnum in vtro qz exemplum: vt obediatur vbo domini. **E**t enim si recte ppendis ppter inobedientie peccatum saul abiectus est dicente samuel. **N**uquid vult dominus holocausta aut victimas z non potius vt obediatur voci domini. **M**elior est enim obedientia q victimas z auscultare magis q offerre adipem arietu quoz est qsi peccatum ariolandi repugnare z quasi zelus idolarie nolle acquiescere. **1. Re. xv.** **D**ico ergo q abiecti sermonez dni: abiecti



te dominus ne sis rex. cu hoc antiquiore testimonio vera est illa sententia posterior eiusde verbi icarnati qua dicit **Matth xij** Qui non est mecu contra me est: et qui non colligit mecum spargit. quod est dicere. Quamcumqz quis offerat quam tascumqz videatur hic virtutes: si verbuz domini contemnit: versa vice stemnit eu verbu domi: z vilis sit atqz stemptibilis z ipsa etiaz que videtur ab eo recte facta presumptioni: z vane glorie reputabuntur non mercedi.

**Quo saul magis qz dauid peccando stempsit verbu domini: cum ad dauid quoqz dicitur sit. Quare ergo stempsisti verbu domini** **Lapiulum. xv.**

**A** vero quo

dauid quoqz scriptura redarguit de cotemptu verbi domi dicente ad eum domino **1. Regu. xij**

Quare ergo contempsisti verbu domini vt faceres malu in aspectu meo: vxorem vrie etbei tulisti: z ipsuz interfecisti gladio filioz amon. Diligenter distinguendum est ne sauli videat compar dauid in qnitate peccati: in contemptu verbi domini.

Dicimus ergo oes quidem peccatores: verbi gra: mechos sue homicidas in hoc ipso qz mechatu sunt vel occiderunt contempsisse verbu domini: qz videlicet oi homini absqz personaz distinctione dicit lex scripta: dicit lex naturalis **Exod. xx** Non occides. non mechaberis: z qd tibi non vis fieri alij ne feceris **1. Thobie. iij**

Cotempsit ergo dauid quodammodo verbu domini: quia videlicet no ignorabat scriptu z voluntate legis siue verbi domi z tamen mechatus est et occidit. Verum tamen plurimum differ: modus peti siue preuaricationis quando idipsum qd cotet omnibus imperat lex siue verbu domini singularit psona cuiuslibet indicit. dominus aut verbu domi: z sic quoqz stemnitur dignatio domini: nec obeditur illi. huius criminis tam magnus contempus reus extitit saul. na in exodo dixerat dominus ad moysen **Exo. xvij** Scribe hoc ob monumentu i libro z trade auribus iosue

Delebo eni memoria amalech sub celo: statimqz subiunctu est ibidez. Edificauit moyses altare z vocauit nomen eius. dominus exaltatio mea dices: quia manus solij domi: z bellu dei erit cotra amalech in generatode et generatione. Hoc modo edictu fuerat comuniter cunctis vt essent hostes amalech: z memoriaz eius delere cuperet causa domini. Singulariter vero post multa ipa saulem dominus eiusde belli sui ministru esse voluit: ita dignatode sua precipies illi **1. Regu. xv** **Recesui** quemqz fecit amalech israheli quo restitit et in via cum ascenderet de egipto. Nunc ergo vade z pcutite amalech: siue vade et interfice peccatores amalech z pugnabis contra eos vsqz ad interitionem eorum. Hanc dignationem domini paruipendit: hunc sermonez domini stempsit ille: iam no paruus in oculis suis talis stemptus: neqz reus extitit dauid. quinimo in omnibus quecuqz psona eius sunt mandata in sermone domini strenue adimpleuit. z vbi de transgressionem legis comunis re dargutus est. humilez obtulit confessione dicens. Peccaui: non in corde duplici **1. Regu. xij**

**Cum uterqz scz saul z dauid dixerit: Peccaui que cause discernant voces in ambobus eiusde pfectionis** **Lapi. xvj.**

**C**onferre nunc

libet vtriusqz confessioes quoz z saul. Peccaui: dixit eodem verbo quo dauid: que cause eandem in ambobus voce confessionis discernunt. non longe querantur. na statim ex subsequen tibus ipsoz sermonez inueniuntur. cum dixisset samuel ad saul **1. Regum. xv** Non reuertar tecu qz peccasti sermonem domi: z peccit te dominus ne sis rex sup israhel. Porro triumphator in israhel non pareet z penitudine non flectetur. Neqz enim homo est vt agat penitentiam. ille ait. Peccaui: sed nunc honora me coraz senibus populi mei z coram israhel: et re uertere mecum vt adorem dominu deuz tuum. Dauid autem dicit **1. Psal. l** **Diserere mei deus: qz tibi soli peccaui**

## Liber

**D**iscrede mei vt iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris. **P**ende nunc quod longissime contra inuicem cause iste disparatur: quod videlicet dicendo **P**eccavi: alter propriam gloriam quesuit alter gloriam dei. **S**aul dicendo. peccavi et subiungendo. sed nunc honora me coram senibus populi mei: quos debemus intellegere boies sue tribus scilicet filios beniamin et coram israhel: et reuertere mecum vt ad orem dominum. nonne propriam gloriam quesuit. **H**omo quippe secularis animi: totusque deditus ambitioni: etiam ad adorandum dominum popaliter solitus ingredi: hoc dolebat si in ipse tali in tanti triumphi festiuitate tantus propter se subtraheret eius comitatu. et idcirco semel: et iterum dicebat. peccavi. **P**rofecto huiusmodi intentionis confessione semetipsum vinctum non patitur oipotens sermo domini. vnde et hoc ille audire meruit. **1. Regu. xv.** **P**orro triumphator in israhel non parceret et penitentie non flectetur. at vero dauid dicendo. **D**iscrede mei vt iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris nonne sic iam dictum est gloriam dei quesuit **H**omo quippe humilis spiritus cum cura sue saluationis maximam habebat sollicitudinem pro gloria dei quam in eo considerabat vt ille fidelis in promisso: verus et iustus predicaretur in iuramento: quod illum promississe atque iurasse testatur suerat dicens. **1. Sal. cxxxj.** **I**urauit dominus veritate dauid et non frustrabitur eum de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. **P**ro hoc inquam sollicitus ne sua iniquitate superatus promissum solueret iuramentumque irritum faceret. dicebat desiderantissimus glorie dei. vt iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris quod est dicere. vt fidelis permanens deus vt sermo tuus qui factus est ad me non sit in illo est et non: sed sit in illo est: nec iudicari possis quod leuitate aut mutabilitate versus sis et sic de ceteris. **I**ta quoque de isto promisso vel iuramento ad me facto veraciter omnis serus ois etas dicere possit **D**eo et per ipsum amen deo ad gloriam nostram. propterea cum diceret. **1. Regu.**

## Quartus

**xij.** **P**eccavi domino: statim audire meruit hoc in verbo domini. **D**ominus quoque transiit peccatum tuum. **N**on morieris.

**D**e dauid finem voluntatem dei misericordiam petierit dicendo. **D**iscrede mei vt iustificeris in sermonibus tuis. et idcirco recte exauditus sit.

**Capitulum. xvij.**

## Exauditus est

**E**rgo dauid: et recte quia finem voluntatem dei petiuit dicendo **U**t iustificeris in sermonibus tuis: et vincas cum iudicaris. **1. Joba. v.** **D**ec est inquit iohannes fiducia quam habemus ad eum: quia quodcumque petierimus finem voluntatem dei vt sermo eius impleat: vt verbum promissionis prius ad abraham. de inde factum ad dauid perficeretur: quia videlicet salutem mundi volens et prudens deus. hoc proposuerat vt verbum suum de semine illorum incarnaretur. quod si iniquitas dauid fide promittentis euacuasset vt de promissione penitens sententiam demureret et promissum non impleat. nunquid hodie tam securi cum apostolo declamamus. **Ro. iij.** **E**st autem deus verax: omnis homo mendax sicut scriptum est. **U**t iustificeris in sermonibus tuis: et vincas cum iudicaris. imo qualiter hodie cum genere humano actus esset. si deus per singulos dies nasceret: si non sine penitentia essent dona et vocatio eius: si statim vbi iniquitas cuiusque abundaret sese gratia eius subtraheret. **V**oluntas ergo dei erat vt propositum seu verbum promissionis eius ad victoriam perduceretur: et vt quis omnis homo coram ipso inueniret mendax: ipse nihilominus permaneret verax: et quod finem eius voluntatem vt iam dictum est petiuit dauid. idcirco exaudiri dignus fuit tanquam vnus de oipotentibus adiutoribus dei: querentibus gloriam dei: amatoribus iusticie dei: desideratoribus boni propositi dei. **Q**uomodo non videretur iustificari deus in sermonibus suis: si non fuisset miserus dauid. **Capitulum. xvij.**

**Folium**

**Q**ualem putas habere querelaz non solum dauid: sed et oēs qui iudicare nossent de sermonibus dei: nisi miseris fuisset illi penitenti vt inuiolatum conferuaret fides sue pmissionis. **A**nimaduerte que dicuntur. aliter precauendū erat deo de sermonibus suis cum dauid habitis in promittendo q̄ de his sermonibus quos locutus est ad multos alios. **Q**uare: quia videlicet cum multis aliis loquens bona sua conditionaliter illis promittit. exempli gratia vt saul et populo qui illi sibi regē expetiuit. **1. Regū. xij.** **S**i inquit timueritis dominū et serueritis ei et audieritis vocem eius: et non exasperaueritis os domini: eritis et vos et rex qui impat vobis sequentes dominum deum vestrum: qd̄ si perseueraueritis i malicia: et vos et rex vester pariter peribitis. similiter ad salomones. **3. Regū. iij.** **S**i ambulaueris ait in viis meis et custodieris pcepta mea et mandata mea sicut ambulauit p̄ tuus longos faciam dies tuos. porro ad dauid absq̄ conditionibus locutus est quemadmodum et ad abraham. **Psal. cxxij.** **D**e fructu inquitis ventris tui ponam super sedem tuam. non dixit ad abraham. **S**i custodieris vias meas: adducā ad te oia q̄ locutus sū ad te: sed ita dixit ad euz. **Genes. xviij.** **N**um celare poterō abraham que gesturus sum cum futurus sit iuz gentem magnaz: et benedicende sint in eo omnes nationes terre. **S**cio enim q̄ pceptus sit filiis suis et domui sue post se: vt custodiant viam domini et faciant iusticiam et iudicium: vt adducat dominus propter abraham omnia que locutus est ad eū. itē de ysaac et iacob et de moyse ad quem dixit dominus deus. **Exod. xxxiij.** **E**go ostendam omne bonū tibi et inuocabo in nomine domini coram te. **B**iligenter animaduertendum est q̄ nō sunt aditionales locutiones siue pmissiones. et idcirco deum volentes iustificari in sermonibus suis et vincere dum iudicant oportuit meminisse sue spontanee pmissionis vt ipse esset verax quantumcūq̄ a-

bundaret iniquitas seminis illoz quibus pmisserat quibus iurauerat. **H**oc scientes iurispiti moyses atq̄ dauid tenebant deū ille dicendo. **Exod. xxxij.** **R**ecordare abrahā ysaac et iacob quibus iurasti. iste dicendo. **M**iserere mei vt iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris. **Psal. l.**

**D**e promissioe et lege q̄ pmissionis verbū tam ad abraham q̄ ad dauid absq̄ conditione factum fuerit. **L**ex autem sub condicionali modo locutionis.

**C**apitulum. xix.

**H**ic hūc sensus patet illud apostoli ad **Rom. iij.** **N**on enim per legem pmissio abrahe aut semi eius vt heres eet inundi: sed per iusticiam fidei. **S**i enim qui ex lege heredes sunt: exinanita est fides: abolita est pmissio. lex enim iraz opatur vbi enim non est lex nec pcuratio. ideo ex fide vt sū gratiaz firma sit pmissio omni semini abrahe: nō ei qui ex lege est soluz: sed ei qui ex fide est abrahe qui est pater omnium nostrum sicut scriptū est. **Q**uia patrem multarū gentium posui te ante deū cui credidisti. **C**um hec dicit reuera deū iustificat in sermonibus eius vt apud illos quibus legem dedit: vel qui ex lege sunt non quasi debitor teneatur: vincatq̄ cum iudicatur. **A**pod illos autē qui ex fide sunt abrahe debitor fuisse nō negetur. **L**ex nāq̄ tota condicionalis est et sub conditioe dari cepit in monte synai mense tercio egressionis israhel de terra egipti. pmissio nāq̄ hoc. **Exod. xix.** **V**os ipsi vidistis que fecerim egiptiis quo modo portauerim vos sup alas aquilaz stati mandata et lege daturus sic incipit ibidem. **S**i ergo audieritis vocem meaz et custodieritis pacū meū eritis mihi in peculium de cunctis populis. **A**dea est enim omnis terra et vos eritis mihi regnū sacerdotale et gens sancta. sub hoc tenore conditionis tota lex procedit. **Deutro. nomij. vij.** **S**i inquit postq̄ audieritis hec: iudicia custodieris: ea et feceris: cū stodiet et dominus deus tuus pacū

## Liber

tibi: et misericordiam quam iurauit patribus tuis etc. Cum ergo tanta multitudo eorum qui ex lege sunt vel esse voluit excluditur ut non sint in peculiis domino iuxta prescriptam sponsonem eius: nunquid propter hoc in iudicium vocandus est deus. Iudicetur quidem quomodo et ipse presto est dicens in ysaia. Quis est qui iudicetur mecum veniat. iudicetur inquam: sed statim vincit: quia videlicet illi non custodierunt quod in conditione positum fuit id est non audierunt vocem eius: non custodierunt pactum eius: imo **Psal. liij.** **Omnes** declinauerunt simul inutiles facti sunt non est qui faciat bonum non est usque ad unum. Atque hoc modo lex iram operatur dum in iudicio recitat illud quod in conditione posuit deus. proinde melius quam absque conditione facta promissio: et cum iuramento firmata est repromissio. Non enim dixit deus ad abraham si hoc vel illud feceris: si sic vel sic ambulaueris: si hec vel illa mandata mea custodieris: in semine tuo benedicentur omnes gentes: sed absque vlla ut iam dictum est conditione et omnino de futurorum obseruationibus tacens **Gen. xxij.** **Uider** memetipsum inquit iurauit: quia fecisti rem hanc: et non pepcisti filio tuo vnigenito: benedicam tibi et benedicentur in semine tuo omnes gentes terre quomodo obedisti voci mee. hinc apostolus ad **Ro. iij.** **Ubi** inquit non est lex nec preuaricatio. Quomodo enim propter aliquam iniquitatis abundantiam vel ipsi abraham vel posteris eius subtrahere posset tanquam preuaricatoribus iusticia dei quam taliter promisit. Non fuit tibi lex id est conditio de futura obseruatione cuiusquam mandati. et ideo nec preuaricatio nominari posset in aliquo peccato per quam liceret deo quoniam verax est. mutare verbum sue promissionis **Iohan. iij.**

**De eo** quod apostolus ait. Si enim qui ex lege heredes sunt: exinanita est fides: abolita est repromissio. **Capitulū. xx.**

**L**ibet intueri etiam illud quod sapienter quam veraciter loco memorato apostolus

## Quartus

dixerit **Ro. iij.** **Si enim** qui ex lege heredes sunt: exinanita est fides: abolita est promissio. quod est dicere: si ob meritum suscepte legis factum esse putas in semine abraham quod est christus benedicere omnes gentes cum ante datam legem quadringentos et xxx. annos promissio precesserit. nonne mutabilem facis deum et immutabilem promissi sui. Magna quippe mutabilitas grandis immutatio est: illud post tantos annos proponere pro mercede futuri seruitij quod prius cum iuramento gratis promissum fuerit. et quis unquam homo fidelis illud quod dudum amico suo dedit postea facere potest mercedem futuri seruitij: quanto magis nec deus taliter fecit: nec deum taliter facere decuit. hoc namque esset exinanire fidem: abolere promissionem: si post tot annos patribus defunctis ita loqueretur ad filios dicens **Exod. xix.** **Si audieritis** vocem meam et custodieritis pactum meum eritis mihi in peculiis de cunctis populis. dabo vobis terram fluentem lac et mel: custodiam vobis pactum et misericordiam quam iuravi patribus vestris: quam vtiq; si non custodiero preuaricatoribus vobis: nihilominus tamen custodiam patribus vestris quibus iuravi et omnibus gentibus siue populis qui ex illorum fide sunt vel erunt: quia non vobis solis sed omnibus gentibus benedictionem promisi in semine eius. Idem est in dauid. Similiter namque hoc esset exinanire fidem: abolere promissionem: si quod promiserat et iurauerat ex gratia: per legem destrueret propter surripientia delicta. quod quia non fecit: sed fidelis permansit in omnibus verbis suis semel inquit. Iuravi in sermone meo si dauid mentiar semine eius in eternum manebit. Ergo iustificatur in sermone suis: et vincit dum iudicatur. quia mutabilitatis non potest argui.

**De eo** quod idem apostolus ait. Iusticia dei in euangelio reuelari ex fide in fidem et que illa iusticia sit. **Capitulū. xxi.**

**Q**uam alias iusticia dei putamus in euangelio reuelari sic apostolus dicit

## Folium

ad **Rom. i.** **I**usticia enim dei in eo reuelatur ex fide in fide sic scriptum est. Iustus autem ex fide uiuit. Iusticia dei incarnatio est filij dei qui factus est ei ex semine dauid secundum carnem. Incarnatio inquam uel aduentus ihesu christi filij dauid filij abrahe. **Hec** iusticia in euangelio reuelatur. **Parua** est hec iusticia dei: non parua: sed uere magna et ualde laudabilis: quia per illam incarnationem dum sit ex semine dauid iustificatur deus in sermonibus suis. implendo quod promisit. custodiendo quod iurauit deus uerax et fidelis. Attende perpulcram huius iusticie definitionem. **Iusticia** inquit ex fide in fidem. cuius ex fide: nisi eius qui promisit qui iurauit. cuius in fides nisi eius qui promittenti credidit: qui iuranti fidem adhibuit scilicet abrahe siue dauid. **Iusticia** hec alia est. et alia illorum israhelitarum qui non sunt israhelite ueri: quia suam querentes statuere iusticiam. huius iusticie non sunt subiecti. que nam est illorum iusticia. **Numquam** iusticia non ex fide in fide: sed quasi ex operibus in opera: quasi abraha ex operibus iustificatus sit cum scriptura dicat **Genes. xv.** **C**redidit abraham deo et reputatum est illi ad iusticiam. et quasi ipsi ex operibus iustificari possint. cum iteque scriptura dicat **Psal. cxlij.** **Q**uia non iustificabitur in conspectu tuo ois uiuens. **Bene** ergo iusticia dei que in euangelio reuelatur diffinita est dicendo. **Iusticia** ex fide in fides: quia uidelicet quod dei filius incarnatus est: et quod in isto semine benedicuntur omnes gentes ex fide est dei. de quo scriptum est **Psal. cxliij.** **F**idelis deus in omnibus uerbis suis: quia neque dauid neque ceterorum peccatis offensus est siue transuersus: quin magna fide impleteret quod magna gratia promisit. et iusticia hec in fidem tendit: quia non propter opera: sed propter fides possibile est quepiam coram illo iustificari dicente scriptura **Psal. cxxix.** **S**i iniquitates obseruaueris domine domine quis sustinebit **Rom. i.** **A**dcirco sic scriptum est. **Iustus** autem ex fide uiuit: quia propter solum deum qui solus sanctus est in omnibus operibus suis. quicumque iustus est et uiuit. non ex operibus

## xxxv

sed ex fide habet hoc ipsum quod iustus est: et quod uiuit. **Nam** si quis uelit operum iusticiam recte diiudicare non foris in oculo sed in secreto conscientie sue nunquam improbabit in semetipso dictum a quodam: et quasi panis mensurate uniuerse iusticie nostre.

**Ysa. lxxiij.**

**De** dauid quali in gradu permanserit et quod in utroque scilicet saul et dauid palmam ueritatis obtineat uerbum domini.

**Capitulum. xxij.**

## Situr quod ex fide in

fides. idcirco firma est promissio ipsi dauid et ecce nunc uiuit nec utcumque uiuit: uerum etiam permanet in abundantiori gratia patriarcha rex et propheta. **Patriarcha** quia promissio specialiter ad hunc post abraha facta est ut esset pater beatorum seminum quod est christus: qui non confunditur uocari filius dauid: cum sit ipse dominus dauid filius secundum carnem: dominus secundum diuinitatem rex idem: et non quomocumque sed secundum electionem dei: et quod amplius et magnificentius est secundum cor dei **1. Regum. xij.** **Q**uesiuit sibi dominus ait samuel ad saul uirum iuxta cor suum et precepit ei dominus ut esset dux super populum suum eo quod non seruaueris quod precepit dominus. cuius rei paulus quoque in actibus apostolorum ita meminit **Actuum. xij.** **E**t amaro saul suscitauit illis dauid regem cui et testimonium perhibens dixit. **In** hunc dauid filium yesse uirum secundum cor meum qui faciet omnes uoluntates meas. **Iste** sermo longe ab electione saul distinguit electionem dauid **Nam** et illum elegisse dicitur dominus dicente samuele ad omnem populum cum ille in medio staret altior uniuerso populo ab humero et sursum **1. Regum. x.** **Certe** uidetis quem elegit dominus quoniam non est similis ei in omni populo. ergo et illum elegit quidem dominus: sed non secundum cor suum: imo secundum cor populi uanum et superbum et secundum furorem suum. **Ille** namque maxime uel in primis erat super quo apud osce taliter israhelitem increpat. **Osee. xij.** **U**bi est rex tuus maxime nunc saluet te in omnibus uerbis tuis:

## Liber

z indices tui de quibus dixisti. Da mihi regē z principem: dabo tibi regem in furore meo: z auferam in indignatione mea. Illū quippe in tanto furore suo dedit vt diceret ad samuel. **1. Regū. viij.** Non te abiecerūt sed me ne regne sup eos zc. Itē tanta indignatione illum abstulit vt ille demoniacus fieret sicut scriptum est. **1. Regū. xvi.** Spiritus autez domini recessit a saul z exagrabat eum spūs neq̄ a domino. Hec nunc idcirco cōmemorā uerim: ne vel in saul uerbum domini a pposito cecidisse: palmāqz iusticie videat amisisse eligendo illum qui electione dignus non fuerit. Propetā idem dauid non qualiscunqz: sed tam pprius tam familiaris uerbo dei vt eiusdē uerbi psona ppria future incarnationis passionis resurrectionis z ascensionis sue misteria clarius atqz sonorius loqr̄tur per os dauid q̄ per os alicuius ex ceteris cū suauitate armoniace dulcedinis. Nunquid uel ista gratia post lapsum claruit: non utiqz. nāz docebo inquit. **Psal. l.** Iniquos uias tuas. subauditur eadem qua prius prophetica gratia.

**Quomodo appareat in duobus illis uerum esse sapientie dictū. Melius est duos simul esse q̄ unum**

**Capitulum. xxiiij.**

**A**pparet nūc in istis q̄ ueraciter sapiētia dixerit. **Eccliaſtes. iij.** Melius est duos simul esse q̄ unum. habent enī emolimentū societatis sue: si unus ceciderit non habet subleuantem: z si dormierit duo fouebunt mutuo. Unus quo modo caleſcit. z si quispiam preualuerit p̄tra unū duo resistunt ei. In istis inquam scz in saul z in dauid apparet q̄ uera q̄ pulcra sint hec. Quid enim est unum uel solū esse: nisi sermonem domini in itinere uite huius: sicut in leculo cōscientie sociū habere. Hoc multo melius est. nā uel soli inquit: quia cum ceciderit non habet subleuantem. **Uel ergo saul: quia quando cecidit solus fuit non habens subleuantem**

## Quartus

scz domini sermonem. Proiecerat enim illud. unde z dictū est ad eum. **1. Regū. xv.** Non reuertar tecum quia proiecasti sermonem domini z proiecasti te dominus ne sis rex super israhel. Porro dauid scz monem domini habuit socium in dōmō pectoris in sinu fidei. Duo igit̄ erant uel delicti ipse dauid: z sermo domini. vnus cecidit z ab altero fulcius est. quid isto uerius. Cecidit dauid z a sermone domini qui cadere non nouit fulcius est forziter inimites illi z dices deo. **Psal. l.** Adiſerere mei vt iustificeris i sermōibus meis. Subleuatus est z dormierūt duo: et vsqz in fines uite ipsius dauid fouebantur mutuo. Nāz sermo domini fouebat dauid tā nocturna q̄ diurna meditatione sui. quē admodum ille dicit. **Psal. lxxvi.** Et meditatus sum nocte cū corde meo. Itēz tota die meditatio mea ē. hoc erat foueri dauid. i. delectari. Nāz memor sui inquit dei z delectatus sum. fouebatur id est delectabatur ipse sermo uidelicet requiescēdo in suauissima hūilitate dauid dicens deo. **Psal. cxvij.** Memor esto uerbi tui seruo tuo. **Psal. cxiiij.** Itē non nobis domine sed nomini tuo da gloriaz. quasi suimet negligēs tantūmodo de uerbo dei uerbo repromissionis quod apud se hēbat sollicitus erat ne obliuioni traderetur. nō ignorans quia custodiēte z glorificante deo uerbu hoc ipse pariter custodiretur: z particeps existeret glorie. iuxta qd̄ illic dictum est. **Eccliaſtes. iij.** Habent enim emolimentū societatis sue. P̄dica ueritatē quispiam contra unum: sed duo resistunt ei. Unus nanqz tunc erat dauid q̄ndo acciderat vt surgeret de stratu suo post meridiem: z uisa uxore alterius incederet in concupiscentiaz eius. Unus erat qz a solita meditatione uerbi dei animus eius secesserat. z ob hoc preualuit cōtra eum ille qui per nathan peregrinus dicit scz dyabolus a ciuitate z regno dei alienus. sed resistunt ei duo de quibus iam dictū est. z alter fulcius est ab altero: qz subleuatus est dauid uerbi dei subsidio vt persisteret in multiplici gratia pp̄beta ut iam dictum est z rex et patriarcha.

## Folium

**De casu salomonis et de petitione sapientie quam petierat a domino sibi operationem prebente.**

**Capitulum. xxiiij.**

**A** **u** **l** **i** **p** **e** **p** **e** **r** **q** **u** **e**  
taliter locuta fuerat sapientia Salomon rex filius eiusdem: multo grauius cecidit. multo namq; grauius est zelus ydolatrie q̄ adulterij facinus siue homicidij. **iiij. Reg. xj. Amauit mulieres alienigenas multas: et ita p̄ illas deprauatum est cor eius ut deos alienos sequeretur: et colebat asarachem deam sydomoz: et chamos deum moabitarum et moloch deum amonitarum. Quid ergo dicemus. nonne modo supra dicto simul erant duo. Perspicuum est et negari nō potest quin iuisset cum illo sermo domini: quin de pectore et ore eius tanq̄ de templo suo sese manifestauerit dictis et factis. Quomō ergo ita cecidit tanq̄ solus cēt: et subleuantē non haberet. ad hec inquam Erant quida duo: sed nō erat illis quietas dormitio ut dormirēt pariter et fouerent mutuo. Quidam alius intererat et interstrepebat semper inquietus et infestus seculi amor: presentis seculi qui lōge dissentit a verbo dei. Ille in angulo domatis absconditus nō patiebat ut illi duo bene essent simul: et quietas dormitiōe fouerent simul. Illum talem seculi amorem ibi familiarē fuisse: et in cordis eius mansione diu māsisse illud satis innuit q̄ iratus dominus super auersione salomonis taliter dixit. **iiij. Regū. xj. Quia habuisti hoc apud te: et non custodisti pactū meū et c.** dicendo namq; habuisti hoc apud te: satis indicat non repentinam temptationē superuenisse: sed morbo inueterato viciosa; eius intentionem fuisse. Quod etiam in eo satis animaduerti potest: q̄ cum in initio magna dignatione apparet dominus dixisset illi. **iiij. Reg. iij. Dete qd̄ vis ut dem tibi: et tanta sibi oblata gratia posset eternitatem glorie celestis vna petitione adipisci que sūma beatitudo est. Ille tēporali gloria delectatus et apud homines volens haberi gloriosus leue seu medio****

## xxxvj

cre bonum petiuit. **Regū vbi supra**  
**S**abis inquiens seruo tuo cor docile ut iudicare possit populum tuum: et discerneret inter bonum et malum. Et quidem bonum erat quod petiuit et melius q̄ si petiisset dies multos aut tale quid quod bonum quidem est: sed exile et infimum et hoc magis placuit domino qd̄ sic petiuit q̄ si petiisset quispiam eiusmodi dies multos aut diuitias aut anias inimicorū suorum. Sed cur non dixit sicut dixerat pater eius dauid. **Psal. xxvj. Quia petij a domino hanc requirā ut inhabitem in domo domini oibus diebus vite mee. videlicet quia cor eius non erat perfectū cum domio deo suo sicut scriptura testat. Sicut cor dauid patris sui.**

**De perseverantia propositi dei propter dauid q̄ propter peccata filiorum eius a uerū non potuit. quia iurauerat illi.**

**Capitulum. xxv.**

**N** **u** **m** **i** **g** **i** **t** **u** **r** **d** **e**  
in isto cecidit verbū dei et qd̄ proposuerat deus potuit auerti. Non etiā imo palmam iusticie preclarior obinet scriptura sic determinante. **iiij. Regū. xj. Curram tamen inquit dominus in diebus tuis non facias propter dauid patrem tuū. de manu filij tui scindā illud: nec totum regnū auferam sed tribū vnam dabo filio tuo propter dauid seruum meum et iherusalem quam elegi. Item ad ieroboā. **iiij. Regū. xj. Nec auferā inquit de manu salomonis omne regnū sed duces ponam eū cunctis diebus vite tue propter dauid seruum meum quem elegi. Auferam autem de manu filij eius regnū: et dabo tibi decem tribus. Filio autem eius dabo tribum vnam ut remaneat lucerna dauid seruo meo cūctis diebus coram me in iherusalem ciuitate quā elegi ut esset nomen meū ibi. Cum hec dicit omnipotens deus etiā tenetur fortitudine verbi sui memor p̄missiōis sue ut sit verax et fidelis iuxta memoratas supius cām quā posuit ipse dauid. ut iustificeris in sermōibus tuis et vincas cū iudicaris. Remanet igit̄ verbo dei palma veritatis****

## Libertus

in ipso quoque casu salomōis. Porro ipsi dauid quanta est laus et quanti preconium meriti quod fateatur deus se propter eum seruare ciuitates iherusalē et tribum iuda ad implendam promissionē veritatis que est incarnatio eiusdē verbi dei de semine dauid. Sic namque loquitur tanquam homo quod piam grauitate offensus qui cum habeat causas irascendi et sperata denegandi. tenetur tamen debitor ut det. Quis inuitus quia promissit: quia iurauit. At ille non inuitus implere habebat quod gratis promiserat et promissum iuramento firmauerat. Quo ergo tendit dum torrens meminit dauid in transgressiōibus posterioribus eius et populi. tonens ad iracundias dei puocantis: dicendo quod propter dauid parcat et non penitus eos delere velit videlicet ut magis ac magis abundantia gratie eius innotescat ubi est abundans iniquitas et nulla ex opibus iusticia. sed de hoc iam latius supra dictum est.

Cur iurare debuerit vel voluerit deus quem impossibile est mentiri etiam in his que loquitur absque interpositione iuramenti

Capitulum. xxvj.

**Q**uia autem iurare debuerit vel quare utilitatis ratione in iuramento suo fore considerauit deus quem impossibile est mentiri etiam in his quecumque loquitur absque interpositione iuramenti. apostolus ad **Hebr. vj.** Cuidētius exprimit quomodo inquit neminem habuit per quem iuraret maiorem: iurauit per semetipsum. Homines enim per maiorem sui iurant et omnis controuersie eorum finis ad confirmationem est iuramentum. In quo abundantius volens deus ostendere pollicitationis hereditibus immobilitatem consilij sui: interposuit iurandum ut per duas res immobiles quibus impossibile est mentiri deum fortissimum solacium habeamus. hoc tale est ac si dicat. deus ante oia fide ex hominibus exigit et sine fide impossibile est placere illi. **Hebr. xi.** Porro homines duri sunt et tardi corde ad credendum. Maxima pars incredulorum

## Quartus

est qui omnino non credunt. Et de aliis quidem non adeo mirum: licet sit etiam dabile malum de ipsis qui promissionis heredes esse debuerunt quorum patribus promissio facta est et firmata per iuramentum magis mirandum quod sint vel fuerint adeo increduli ut maxime de illis scriptum sit. **Psal. lxxvij.** Generatio praua et exasperans generatio que non dixerit cor suum et non est creditus cum deo spiritus eius. Porro ipsos qui quondam credituri erant. sciebat idem deus difficiles fore ad credendum sicut et fuerunt utpote quorum optimis magna increpatione. ab ipso domino dictum est. **Lu. xxiii.** Stulti et tardi corde ad credendum omnibus que locuti sunt prophete. Igitur quia omnis controuersie hominum finis ad confirmationem est iuramentum: ut vel sic incredulitati ponerent finem: ut vel sic vigilaret homines ad audiendum: et sentirent fore immobile dei consilium: interposuit iurandum. proinde cum dicit ipse. **Matth. v.** Sit autem sermo vester est est non non. Quod autem his abundantius est a malo est. recte subaudiatur illius cuius incredulitas siue diffidentia iurare compellit. Sic namque intelligendo quod dixit a malo est. humiliter in ipso iuramento dei nostras culpas tarditatem ad credendum quod utique malum est: quia cum impossibile sit mentiri deum etiam cum non iurat. pauci comparatione incredulorum crediderunt in eo quod per semetipsum iurat.

Quibus ex causis maxime digni fuerint abraham et dauid verbo promissionis cum iuramento reprobentis.

Capitulum. xxvij.

**Q**uibus vel ad quos iurauit in promissione seminis quod est christus. Duo sunt patriarche magis abraham atque dauid et magna quidem gratia iurauit. et hoc ante omnia scire debemus: quia fecit hoc ex gratia sua magis quam ipsorum meritis. Veruntamen eadem eius gratia precue-niente aliquo modo ad hanc dignitatem fuerit preparati ut dignaret deus iuramento



## Folium

fese obligare cum illis. **De** abrahaz mai  
festius illud est: quia fide obtulit ysaac cui  
temptaretur et virginitum offerebat qui  
susceperat repromissiones ad quez dictu  
est. **Quia** in ysaac vocabit tibi semen ar  
bitrans quia et a mortuis suscitare potes  
est deus. **Ob** hanc rem iusta gratia de  
us q̄ dudū absqz iuramento re. pmiserat  
in semine eius benedicendas fore omnes  
gentes utiqz semen christus est. **Porro**  
de dauid querendum quam ob virtutem  
maxime deus illum dignum iudicauerat  
vt iuraret illi sicut testat ipse et iam supra  
memoratum est. **Et** quidem non ita mai  
feste d̄ illo scriptura isert sicut de abrahā  
q̄ dixerit illi deus. **Per** memetipsum iu  
rauit: qz fecisti rem hanc vel illam. **Psal.**  
**c. xxxj.** **De** fructu ventris tui ponam lu  
per sedem tuam. **Sed** ratio docet nō mul  
to minoris esse meriti peperisse inimico p  
pter deum q̄ non peperisse virginito fi  
lio propt̄ deum. **Hoc** fecit dauid inimico  
suo infestissimo querenti aiaz suam inimi  
co regi cuius regnum sine dubio se susce  
pturn sciebat ibi peperit vbi querebat  
aiaz suam q̄ eatenus fuerat inauditum si  
cut testat et ipse saul admirans et dicens  
ad eum. **q̄. Re. xxij.** **Quis** enim cum  
inuenit inimicum suuz dimittet eum in  
viam bonam. **Ob** hanc maxime causam  
iuratum illi esse arbitramur q̄ semen vel  
caro eius assumenda foret in filium dei:  
qz maxime causa ista facit filios dei sicut  
testat ipse dominus cum dicit. **Mat. v.**  
**Diligite** inimicos vros benefacite his q̄  
oderunt vos et orate p̄ persecuentibus et  
calumniantibus vos vt sitis filij p̄ris vri  
qui in celis est. **Dilexit** inimicum bene  
fecit illi: non solum parcendo cum occide  
re posset: verum etiam plangendo cū ille  
occisus fuisset et sicut iam dictum est ma  
xime p̄ causa huiusmodi tali iuramento  
dei dignus extitit.

## Incipit liber quin

tus. **Quomodo** tandem secundum caput  
draconis exierit i quo erat facies vituli.

### Capitulum primum

## xxvii

## Aterea draco ille

magnus serpens antiquus qui vocat dia  
bolus et satanas cernens proficere p̄mis  
sionis verbum: vt pote iam post abrahaz  
secundo in dauid iuramento firmatū: ma  
gnum inuidie seuitis incendium verla  
bat: magna veneni sui stimulatū ardore  
totus in semetipso furebat. **Sed** quid age  
ret dudūz exarmatus capite quod primū  
crexerat scilicet regno egipti quando sub  
mersus est pharao in mari cum curribus  
et equitibus suis caput aliud nō habebat  
quod erigeret id est regnūz aliud p̄ cuius  
potentiam seuire posset ad excidium gen  
tis ex qua implendum erat itaqz dictum q̄  
bum promissionis. quūqz iam regna  
bat ipsum verbum in dauid p̄e quod fu  
turum erat sue carnis: et idem pater eius  
sceptrum tenens imperij fortis atqz belli  
cosus exercebat p̄telij gloriificabat victo  
rijs vnde et securius cytharizabat psalter  
ille verbum dei sonans condecorans mu  
sica. **Ardebat** igitur inuidie venena quo  
et ipsius dauid pene omnem domum cor  
flagrauit: duz et ipse pater adulterij simul  
et homicidij crimen incidit et de filijs eius  
vnus. **Absolon** cruentus fratre interemp  
to in ipsum patrem arma arripuit expel  
lens eum de regno et animam eius que  
rens vt regnaret pro illo. **Et** peractūz su  
isset iam profecto serpens illud caput ha  
beret per quod verbum dei impugnare  
memoriamqz eius sese a bolere posse spe  
raret. **Non** ita euenit. sed absolon mortuo  
et dauid vitaz cum pace compleuit: et suc  
cedens ei filius sensatus. **Salomon** cum  
pace regnavit: et domum pacis noi domi  
ni edificauit. **Tandem** peccatum eiusdez  
salomonis malignam eiusdem serpentis  
intentionem audiuit: vt scinderet regnum  
israhel a domo dauid suscepto. **Jeroboā**  
filio nabatorh qui et continuo duos vitu  
los aureos fecit et dixit. **q̄. Re. xij.**  
**Ecce** dii tui israhel qui eduxerunt te de  
terra egipti. **Ibi** se crexit secundūz caput  
draconis et in illo capite facies fuit vitu  
li cornuti: cepitqz corruptera esse diabo  
lus agendo et compellendo per vim regia  
f 1